


perestque vnitas, sed vt verè sexies tantum reiecta sint 9. ex numeris additis, ex summa verò septies. Vnde mirum non est, summam esse falsam, quanuis semper reliqua fuerit vnitas. Vera autem summa esset hæc 55. in qua continentur 9. sexies, & superest vnitas, quæ admodum in numeris additis.

Eodem pacto, si quis post summam rectè collectam permutaret aliquas figuras, vel interponeret figuris siue summæ, siue numerorum addendorum hanc figuram 9. aut 0. quoties voluerit, vel hæc duas 7. 2. aut 6. 3. aut 4. 5. aut 8. 1. semper indicaret examē, summam adhuc rectè esse collectam: quod tamen falsum est. Nā postquam

hæc additio rectè cū suo examine instituta fuerit, si quis per calumniam ita permutaret summam 1565.

$$\begin{array}{r} 1425 \\ 230 \\ \hline 1655 \end{array}$$



adhuc haberet examē suam vim, & tamen summa vera non esset. Idem

dices, si ordinem figurarum in numeris addendis

$$\begin{array}{r} 14925 \\ 2309 \\ \hline 10655 \end{array}$$



quis permutaret: vel certè interponeret hanc figuram 9. aut 0. vt hic apparet.

Hæc cum ita sint, meritò quis roget, cur ab

Arithmetiis hæc probatio per 9. adhibeatur. Cui respondendum est, licet per calumniam hæc probatio ostendatur esse vitiosa, vt in proximis exemplis patuit, non immeritò tamen à peritis Arithmetiis eã vsurpari. Nā nemo, (nisi quis deditâ operâ errare velit) ta-

Cur ab Arithmetiis probatio per 9. adhibeatur, cum fallax sit.

B

leg